ACAD.
LUGD.BAT.
BIBL.

Amplissime Dn. Collega et Affinis charissime,

Heri tibi de tuis operis scripsi, quas vix dimisi absq convitio. Nimirum contra solennes istos procrastinatores, qui tam inhumaniter mentiuntur, vana est nimia confidentia atq ingenuitas. Hac commoditate salutandi cum observantia tui uti volui, cùm hinc ad vos rediret Schomannus vester. Quid tui Lentuli praestiterint, quid nos speremus, quomodo omnes valeamus referre idem quoq poterit. Et omnia ad te rectius perstari. Idem quoq poterit. Et omnia ad te rectius perscripserit Johannes tuus Gerardi. Itaq de tegulis, quas te curaturum pollicitus es, ne admonendus quidem es. Significavi quidem nuper Contagium lenius saevire. novas tamen aedes devastat & latius serpit. divina sunt imploranda remedia: humana quam jaceant optime docet eventus. Amisit Beaufortius filiolam suam Isabellam Infectae et luce vicinas aedes Senatoris Cromon, et abstulit nob. Advocatum van der Eems. reliquos vix noveris. Hic consistere cogor ob subitum latoris discessum. Vale atq salvus mecum degas, meq inter tuis cultoribus aliquem esse locopatere. Obsequia nostra nunciabis lectissimae uxori tuae cum plurima salute. exosculare pro nobis liberos tuos.

2 Novemb. 1635. Hagae

Tuus ex cuticum veterum
D. de Wilhem

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wilhem) 28
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/1280

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wilhem) 28
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/1280

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wilhem) 28
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/1280

Myn Heer.

Myn Heer van Sulecum.
Ridder Raet ende Secre=
taris van Syn Ex:cie

int Leger.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wilhem) 28
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/1280